



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio || excellentium. D. doctoru[m] Iohannis Eccij &
|| Andre[a]e Carolostadij q[uae] cepta est Lipsi[a]e ||
XXVII. Iunij. An. M.D.XIX.**

**Eck, Johannes
Karlstadt, Andreas**

[Erfurt], 1519

VD16 E 320

Carosta: ad p[ro]posita non respondet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32477

Carosta: ad pposita non respondet.

¶ Primum quod doctor dicit diuerticulum est

¶ Secundum dimittamus

¶ Tertium autem quod lib:arb: cooperetur discutiendum est. quo sensu sit accipiendum. Nemo enim tam rudis est qui negat volentes velle et operantes operari sed intellegere sensum hoc est scientie rheologicæ. insuper quod .d. d. respondit nobis bona opera dari et quod datis possumus vti tantum accepto quantum habet veritatis.

¶ De Bernb: Causa brenitatis et glossa doctoris suspicamus. confido autem in domino quod si probatum fuerit opus bonum totum esse virtutis hoc est dei effectus et libertatis arbitrii susceptive manifestum erit opus bonum esse totum et totaliter dei actus. et quod hoc verum sit assumo auctoritatem Augustini ex enchiridion. c. 32. Ubi sic legitur porro si nullus Christianus dicere audebit non miserentis est dei sed volentis est hominis. ne Apolo aptissime contradicat restat ut propterea recte dictum intelligatur non volentis neque currentis sed miserentis est dei. ut totum deo detur qui hominis voluntatem bonam et preparat adiuuandam et adiuuat preeparatam. precedit enim bona voluntas hominis. multa dei dona sed non omnia. que autem non precedit ipsa in eis est et ipsa. Volentem fuerit ut velit. Volentem subsequitur ne frustra velit. cur enim admonemur orare pro inimicis nostris utique nolentibus. pie viuere nisi ut deus operetur in illis et velle? Item cur admonemur petere ut accipiamus nisi ut ab illo fiat quod volumus a quo factum est ut velimus? Ex his dictis inferitur quod sicut velle deo in nobis efficit Ita et operari ipsimum. quemadmodum apostolus etiam indistincte dicit qui operatur et velle et operari.

¶ Secundo inferit. quod lib:arb: habet bonum opus totum sed susceptive sicut alii quis recipit munusculum aliquid ab alio quod etiam Augustinus. retracta: c. 23. dicit utrumque spiritus est quia ipse preeparat voluntatem et utrumque nostrum est. quod non fit nisi volentibus nobis. Ac per hoc quia neque velle possumus nisi vocemur. Et cum post vocationem voluerimus non sufficit voluntas nostra et cursus noster. nisi deus et vires currentibus prebeat et pducatur quo vocatur. ex his patet quod opus bonum nostrum est et quod dei. et quod gratia dat lib:arb: vires alienas quibus operari vnde Cyrillus in Ioban: li. 12. c. 56. sic dicit. Non enim poterit ea facere que deo placereant nisi superiorum induit virtute. Unde ad quendam presbyterorum dicebat quia spiritus in te dominus insidet et conuerteris in alium virum. 1. regum. 9. hec Cyrillus qui alias auctoritat: hunc proposito coaptat. Gregorius quoque in Ezech: Domilia. 9. sic dicit Sed sciendum est quod mala nostra solummodo nostra sunt. bona autem nostra et omni potentis dei sunt et nostra sunt quod ipse aspirando nos preuenit ut velimus qui adiuuando subsequitur. ne inaniter velimus. Et concludit quod preueniente gratia omni potentis. dei donum fit meritum nostrum. Ex quibus sequitur quod bonum opus et dei est et nostrum. Et ad hoc inducit auctoritatem Ezechielis. qui dicit quod spiritus dominus in gressibus est in me et statuit me supra pedes meos. qui textus clare dicit quod opera dei sunt spiritui sancto reputanda.

Eckius respondit et dixit se maxime posse respondere.

¶ Dum excellens .d. d. dicit a me sibi precessisse bona opera dari a deo. Eo inficias non quod bona opera dari negem sed quod assumit a me concessum de quo nihil est dictum bene adducendo Augustinus. ex. 22. capite primi retract: precessit preteritum mundi voluntatem in meum dari a deo sed aliud est dari preteritum boni operis et dari bonum opus quod .d. doct: pro eodem accepit.

¶ Secundo proponendo sententiam suam celebrat .d. d. nititur probare. Bonum opus esse effectus a deo et receptive a lib:arb: Dico si intendit .d. d. lib:arb: bene se tantum receptive contradicere suo concessio ubi factus est et lib:arb: sua actus. Quod si a ciuitate lib:arb: non excludit nemo fra desipit qui lib:arb: negat se habere receptive ad bonum opus. Maxime loquendo de bona operatione interiori et vulgata est. quod sicut efficiens et finis sepe coincidunt ita et efficiens et materia

Loquitur de se
de idem Caro

Ite de spiritu
sua idem

Saul fuit